

AN. XXIV FASC. 1


COMMENTÁRIUS NUBECULÁTUS LATÍNE SCRIPTUS •



# LÚVENSIS

## Cáesar Octaviánus Augústus


[www.elimagazines.com](http://www.elimagazines.com)



Investigatio  
Follis, amicus meus

Iúvenes et clari  
Hana Makhmalbaf

Poster  
Villa  
Hadriáni



Iucúnde légite  
omnes!  
Gaius



## Salvéte pueri!

Salvéte puellae! Gaius vocor et Iúvenem curo.

Estísne paráti primum fascículum légere? Vobis proponúntur símbolae attractívae et fábulae nubeculátae!

# Notíssimi Outkast

Música

Reportavérunt praemium Grammy Award 2004 pro título anno 2003 édito, *Speakerboxxx/The Love Below*. Ágitur de grege Outkast, ex urbe Atlánta (in Américae Foederatis

Civitátibus). Qui grex constat e duóbus cantóribus "rap": Andréa Benjamin et Antwan Patton. De eórum primo disco, *Southernplayalisticadillacmuzik*, anno 1994 édito, vénditus est plus unus milio exemplárium. In *Speakerboxxx/The Love Below* sunt duo disci, unus factus ab Andréa, qui nunc vocáatur André 3000, alter ab Antwan, qui nunc vocáatur Big Boy.

Recordarisne\* pellículam cinematíciam *Get Shorty*, auctore Barry Sonnenfeld? Exspectátur nunc postérior pars, sub título *Be Cool*; inter actóres est etiam André 3000.



Solutíones sunt página 15.

## Consócia senténtias.

1. André 3000 et Big Boy inter se novérunt...
  2. André 3000 etiam est...
  3. In pellícula *Be Cool*...
  4. Grex Outkast est...
- a. actor.
  - b. Iohánnes Travolta et Uma Thurman etiam partes\* agunt.
  - c. e témpore scholae, in urbe Atlánta.
  - d. grex "rap" nunc notíssimus.

## Summárium

Grammática  
In hoc fascículo discis:

**2**  
Tribus  
**Exercitatio**  
**athlética**  
**3**  
Music  
**Outkast**

**4**  
A praetérito  
ad hodiérnum  
diem  
**A vulcáno... ad**  
**cinematéum**

**5**  
Família  
Clacson  
**Qualis**  
**campio!**

**6**  
Investigatio  
**Follis,**  
**amicus**  
**meus**



**8**  
Macrocóllum  
**Villa**  
**Hadriáni**

- compleménta temporália et locália
- formam comparativam et superlatívam
- interrogatióñem indiréctam
- vocábula, quae ad cinematéum et pedifólium pertíinent



**10**  
Iúvenes  
et clari  
**Hana**  
**Makhmalbaf**

**11**  
Probátio  
**Quae**  
**exercitatio**  
**athlética tibi**  
**placet?**

**12**  
Hodie  
nobiscum  
garrit...  
**Caesar**  
**Octaviánus**  
**Augústus**

**14**  
Quo ludo  
ludémus?

**16**  
Imágines  
et verba  
**De re**  
**athlética**

## Glossárium

partes ágere: actórem  
esse in pellícula  
recórdor: mémini

IÚVENIS



# A vulcáno\*... ad cinematéum

Últimae  
Pompeiórum  
horae factae sunt  
ingens opus  
cinemáticum.



## Glossárium

différe: esse dissimilem  
ephéméris: acta diúna  
vulcánus: mons ignívomus

24 m. Augusti a. 79  
p.Chr.n.: terríbilis Vesúvii  
eruptio Pompeios delet.  
Ex his horis funéstis  
facta est pellícula. Eam  
confécit Ferdinándus  
Meirelles, quem pellícula  
*City of God* iam fecit  
claríssimum.


Ferdinández Meirelles  
dicit hanc pellículam  
valde différre\* ab aliis,  
quae de catastrophis  
famosíssime persónis  
factae sunt, sicut *Ben  
Hur* aut *Gladiator*; hanc  
enim potius formam  
habére epheméridum\*  
vel chronicórum.

"Urbem Pompeios, ait,  
reaedificávimus modo  
quam simíllimo; nam  
osténdere vólamus  
qualis vita fuerit ad litus  
maris Mediterránei ante  
duo milia annórum."



## O míserum!

Scriptor quidam  
Románus bene  
notus, auctor  
*Naturális  
Históriæ*, perit  
inter Vesúvii  
eruptiónem.  
Idem conátus erat  
populáribus suis  
auxílium ferre.  
Quis fuit?





**Plinius Maior**

**Plinius Minor**

**Epicúrus**

# Qualis campio!



# Follis, amicus meus

## *Unus follis, multi amici*

Pedifóllium est occasio conveniéndi\*. Lusores pedifóllis habent plúrimos amicos, nec solum in suo manípulo. Saepe súfficit follem tángere, ut novi amici inveniántur.

Multis iuvénibus pedifóllium est sola exercitatio, quae praebeátur\*. Nam non est stadium necessárium, neque instruménta pretiósaa: follis satis est. Et ubique licet lúdere: súfficit áliquam aream invenire.

Pedifóllium  
exercétur in toto  
orbe terrárum.  
**Multi iúvenes**  
amant hanc  
disciplínam atque  
campiónes fieri  
volunt. Quod  
paucis contíngit...

## *Nova ingénia quaerúntur*

### *Non solum athlética...*

In nonnúllis régiónibus pedifóllium non solum est exercitatio athlética. In Brasília et in Argentína, exémpli gratia, lusores parvam pecúniam mereri\* possunt. Iúvenes, qui in subúrbiis vivunt, paupérrimi sunt ac saepe carent cibo necessário. Iidem clari fieri volunt. Iam a puero pedifóllium exércent. Nihil habent, nisi follem, sed follis eis est thesáurus. Ubique ludunt, etiam si calor est nimius, etiam si calceos\* non habent.

Societátes pedifólli novos campiónes ex Brasília vel Argentína saepe curant exquiréndos. In Argentína sunt célebres pedifólli scholae quae vocántur *postreros*. Diego Armando Maradona et alii veniunt ex his scholis, in quibus pueri complúres horas cottídie exercéntur. Multi tamen ex his pueris in tanto discrímine sunt ut ad satietátem non cómedant. Optimi eligúntur atque nonnúllis somnium fit res.

Quid de te? Amásne pedifóllium?

.....  
Quem manípulum amas ante omnes?

Sic dici solet  
"Crúribus lúdere", quid significat?

1. follem portae inférre.
2. quam celerrime cùrrere.
3. adversário calcem impíngere.

Solutiōnes sunt página 15.

## lúvenes campiones




**Sergio Leonel Aguero**, 15 annos natus, oriündus est Bonaerópoli (Buenos Aires, in Argentina) atque ludit in notíssimo manípulo cui nomen est *Indipendiente*. Lúdere coépit in campis óppidi Quilmes, non longe ab urbe cápite. Postea semper ultra progréssus est!

**Freddy Adu** natus est in Ghana, in África, anno 1989. Ludit in Americáno manípulo c.n.\* *Puma Potomac. Scopum semper tangit!* Artificiosus est et magni ingénii. Multi velint eum in suo manípulo habére!

**Jesper Braathen**, 14 annos natus, est Norvégus. Ludit in manípulo *Langesund* nómine. Anno praetérito 126 folles per portam iecit. Plus ternas horas cottídie exérctet suam disciplinam.

Freddy Adu

Consócia lusóres cum civitátibus, unde sunt oriündi.



## Glossárium


calceus: pars vestimenti qua pedes tegit  
c.n.: cui nomen est  
convenire: alios adire  
pecúniam meréti:  
pecúnium accipere pro labore  
præbére: dare

Solutiōnes sunt página 15.

# Macrocóllum



# Villa Hadriáni



In hac magna area Tíbure sita,  
non longe a Roma, imperátor  
Hadriánus complúra aedificia  
exstruénda curávit inter annum  
118 et 134 p.Chr.n. Haec villa bene  
congruit cum Hadriáni ingénio  
intellectuáli, vagánti, itínerum  
cúpido, cultus Graeci studioso.  
Imperátor ipse propósitum  
structúrae participávit. Históricus  
Spartiánus putat Hadriánum

voluísse (sed res non est certa)  
pulchérrima totius impérii  
monuménta ibi una collocáre.  
Et re vera partes villae, varia  
aedificia, thermae, horti, nomen  
habent et aspéctum praebent  
illórum monumentórum.  
Sic invenítur exémplar minútum  
Vallis Tempe, Aegyptiacae civitatis  
Canópi et Atheniénsis pórticus,  
quae vocátur "Stoa Poikile".

## Canópus

Haec Aegyptíaca cívitas  
famósa erat propter:

Solutíones sunt páginā 15.



alveum, quo coniungebátur  
cum urbe Alexandréa atque  
ubi habebántur festa nocturna.



thermas.



theátrum.

# Hana Makhmalbaf



© Olycom

© Olycom



Solutíones sunt página 15.

## Quis est?

1. Is qui partes agit in pellícula.  
.....
2. Is qui pellículae textum scribit.  
.....
3. Is qui pellículam regit.  
.....
4. Is qui actóres fucat.  
.....

**Hana Makhmalbaf** est puella Iraniána 15 annos nata. Est spectaculórum apparátrix\*, pictrix et poétria. Orta est e familia scaenicórum. Nam eius pater est apparátor\* Moshen Makhmalbaf, clarus ob pelliculam c.t.\* *Iter ad Kandahar.* Mater et soror, quae 23 annos nata est, etiam sunt apparatríces.

*Joy of madness* (Insániae delectátio) est titulus pellículae, quam Hana Caburae (Kabul) confécit. Eódem témpore eius soror personam principálem quaerébat pro pellícula c.t. *Hora quinta postmeridiana.*



Hana feminárum Afganicárum vitam osténdit in sua pellícula. Quam vitam Hana vult intellégere. Mulieres totum diem obsérvat, imágines récipit, saepe sermocinátrur\* cum eis, eárum histórias novit. Hana mundum extraordinárium invenit apud féminas "burqa" velátas. "Sub velo, ait, sunt féminae quae sciunt lingua extráneas, féminae quae cármına pangunt\*, quae de philosophia et de dolóre loquúntur."

## Glossárium

**apparátor:** is qui pellículam regit  
**apparátrix:** ea quae pellículam regit  
**c.t.:** cui titulus est  
**pángere:** scribere  
**sermocinári:** colloqui



# Quae exercitatio athlética tibi placet?

Alii malunt in manípulis lúdere, alii soli. Nonnúlli conántur suos próprios límites tránsgredi. Quid de te?



vocabula quae  
pertinent ad  
rem athléticam.  
comparativum  
et superlativum.

## In re athlética gérere soles:

- a. vetus vestiméntum.
- b. quídlibet.
- c. pulchrum  
vestiméntum.

In certámine  
últimus evádis.  
Esne decéptus?

- a. plúrimum.
- b. nequáquam\*.
- c. páululum.

## Athléticam exercéndo:

- a. fis robústior.
- b. delectáris.
- c. res extraordinárias experíris.

## Athléticam exérces:

- a. cottídie.
- b. quando tibi est possibíltas.
- c. quando es ánimo demíss\*

## Ludísne libénter in manípulo?

- a. satis libénter.
- b. libentíssime.
- c. non multum.

## Tibi praecípue placet:

- a. cursus.
- b. certámen follis  
voláticci.
- c. certámen tenísiae.

## Respondísti plerúmque A:

Te exérces quia robústior fieri vis.  
Numquam ánimo déficis\*.  
Semper vis fieri melior et provocáções  
sustinére. Campio tuus est Marion Jones.

## Respondísti plerúmque B:

Tibi placet exercitatio collegiális.  
Athlética tibi est occasió gaudéndi  
et amícos vidéndi. In manípulo te quam  
óptimum praebes. Campio tuus  
est Shaquille O'Neal.

## Respondísti plerúmque C:

Tu es solitárius. Perículum tibi placet.  
Fortíssimus es. Unum quaeris:  
res extraordinárias experíri. Campio  
tuus est Michael Schumacher.



## Glossárium

ánimo defícere: spem depónere  
ánimo demíss\* esse: tristem esse  
nequáquam: nullo modo



© Olycom

Hodie nobíscum garrit...

# Cáesar Octaviánus Augústus

**Augústus** (27 a.C.n.-14 a.C.n.)

Primus imperátor Románus. Divos honóres sibi tribuit. Statum rei pùblicae magnis reformatiònibus firmávit. Usus est auxilio artificum et poetárum. Deminuit auctoritátem senátus et leges ipse tulit. Ordinávit urbem Romam,

monétam, exércitum, societátem. Defénsor tradítórum\* morum in rebus cum religiósis tum sociálibus. Pacem Románam instítuit, id est pacem a victóribus impósitam.



Ecce primum e sex collóquiis iocósis necnon... páululum delíris cum sex imperatóribus Románis hábitis. Modus iucundus, quo eos melius noscámus.

Diurnárius: Salve! Quam bene ordinátum est hoc palátiū!  
**Augústus:** Siste! Purgavistíne calceos ántequam intravísti?

Diurnárius: Feci!  
**Augústus:** Bene! Cupísnē poculum mulsi\*? Senátor! Mulsum affer hóspiti meo!

Diurnárius: Quid? Dispensátor\* tuus est senátor?  
**Augústus:** Est! Senátus his tempóribus non multum valet, atque senátóres egent áliquo alio offício.

Diurnárius: Sic... Multa mutavísti!  
**Augústus:** Res ordinávi! Mox adventúrus est architéctus: sunt enim urbes, portus, viae exstruéndae... Atque hac véspera cenatúrus sum cum legátis: agéturn de Gallia, Hispánia et Arábia pacánda. Senátor! Estne cena paráta?

Diurnárius: Quot incépta!  
**Augústus:** Nimia, hoc est verum! Postmeridiáno témpore debeo templum inauguráre, legiónum númerum a 25 ad 28 augére et duas impudícias matrónas reprehéndere!

Diurnárius: At quómodo haec omnia fáceré vales?  
**Augústus:** Amíce, non frustra sum "divus"!

## Glossárium

dispensátor: miníster qui domum curat  
mulsum: vinum melle conditum  
tráditi mores: mores maiórum

# Quam pulchri nummi!

Augústus ordinávit etiam Romanórum rationem nummáriam. Videámus quo modo.



Augústo persuásum erat  
stabilitam rem nummáriam  
pacatióni profutúram esse.  
Itaque modum, quo nummi  
cuderéntur, mutáre constituit.  
Etiam voluit ipse curáre

pecúniam argénteam  
aureámque.  
Senátui curánda restabat  
pecunia cyprea et aenea; hi  
nummi signabántur lítteris SC,  
i.e. "Senátus Consúltō"; cudi

coépti sunt anno 23 a.Chr.n.  
Pretium monétae etiam  
definítum est ab Augústo:  
unus aureus valébat 25 denários  
argéntos, sive 100 sestértios  
aeneos, sive 400 asses cypreos.

## Órdina!

História monétae Románae  
est páululum intricáta.  
Ecce nonnullae mutationes.  
Dispónē eas secúndum  
órdenem téporis.



- A. Caesar (100-44 a.Chr.n.) aureos continénter cudit. Antea senátus hoc curábat cum necésse videbátur. Caesar aurum etiam instituit tamquam fundaméntum totius ratiónis nummáiae.
- B. Augústus rationes definívit inter varios nummos.
- C. Primi nummi argéntei, postea aurei, cusi sunt anno 269 a.Chr.n.
- D. Servius Tullius (VI saec. a.Chr.n.) dicitur monétam primus instituísse. Re vera solum definívit pretium unius librae (circa 327 gr.) aeris.
- E. Primus nummus aeneus (aes grave) cusus est circa annum 300 a.Chr.n.
- F. Nummus Románus inter omnes notíssimus, denárius, cudi coéptus est anno 270 a.Chr.n.



Solutiōnes sunt página 15.

## Legistíne investigationem páginis 6 et 7?

# Tum lude nosbíscum!

## *iúvenis campio*


Quaere 13 verba in crucivérbio.  
Réliquis lítteris - plus una! - nomen  
invénies Ánglici pedifóllis lusoris  
máxime iúvenis, qui ludit in  
manípulo Liverpulénsi Allerton.

P E D I F O L L I U A A  
D S U B U R B I U M A T  
F O L L I S P O R T A H  
L U D E R E L U S O R L  
D I S C I P L I N A M E  
P M A N I P U L U S E T  
E X E R C I T A T I O I  
P P C A L C E U S E R C  
G H A N A C L A R U S A


Solutíones sunt página 15.

## Follis in portam!

Consócia sínqua vocáula cum recta definitióne.



Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare.



- a area circa urbem sita
- b indústrius
- c prima urbs natiónis
- d campio
- e innátas facultátes habére
- f notus

**ELI**

DOMUS EDITORIAE  
ELI DISTRIBUTORES

AUSTRALIA & NEW ZEALAND - HEINEMANN EDUCATION  
22 Salmon St., Port Melbourne, VIC 3207

Toll-free phone: 1-800-810-372

Tel. (03) 9245 7188, Fax (03) 9245 7265

E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au

BELGIË - MERLJIN EDUCATIVE MEDIA

Postbus 860, 3800 AW Amersfoort, Nederland

Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87

E-mail: mic@euronet.nl

BRASIL - LIBRERIA ESPAÑOLA E HISPANOAMERICANA

R. Augusta, 1371 - loja 09, 10, 14 e 15

Consolação, SP, Cep: 01305-100

Tel. (011) 2834700 - 2886434, Fax (011) 32667518

E-mail: libreria@uol.com.br

Website: www.libreriaespanola.com.br

BULGARIA - Oksinia Educational Centre

Jk. Dianablad, bl. 37, Sofia

Tel. (02) 76 77 83 - Tel/Fax (02) 962 23 16

E-mail: oksinia@kaliman.bg.com

Website: www.kaliman-bg.com/oksinia

CANADA - THE RESOURCE CENTRE

P.O.Box 190, Waterloo, Ontario N2J 3Z9,

Toll-free phone: 1-800-923-0330

Tel. (519) 885 0826, Fax (519) 747 5629

E-mail: resourcecentre@sympatico.ca

CESKA REPUBLIKA - DIDAKTIS spol. s r. o.

Kastanová 141 b, 617 00 BRNO,

Tel. + 420 543250078 - 543250078, Fax +420 543250732

E-mail: didaktis@didaktis.cz - Website: www.didaktis.cz

DANMARK AND FÆR ØER - FORLAGET ÅLØKKE A/S

Postboks 43, Porskaervej 15, Nør, 8700 Horsen

Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074

E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

DEUTSCHLAND - ZAMBON VERLAG und VERTREIB

Leipziger Strasse 24, 60487 Frankfurt/Main

Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054, E-mail: zambon@online.de

EIRE - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD, Ashville Trading

Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ, UK,

Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137

E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

ELLAS & CYPRUS - GM PUBLICATIONS, Kleomidous 2, 10443 Athens,

Tel. (0210) 5150201, Fax (010) 5143383, E-mail: gmflbook@otenet.gr

ESPÀNIA - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelu, 15

20280 Hondarribia, Tel.(943) 640 412 - 641 053

Fax (943) 643 863 - E-mail: richard@stanleyformacion.com

Website: www.gentedellibro.com

ESTONIA - LLS Ltd Kentmanni 22, 10116 Tallinn

Tel. (02) 646 7121, Fax (02) 646 6104, E-mail: info@lls.ee

FINLAND - SUOMALAINEN KIRJAKUUPPA OY

P.O. Box 2, 01641 Vantaa, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,

E-mail: lehdet@suomalainenkk.fi - Website: www.suomalainen.com

FRANCE - PIERRE BORDAS ET FILS

Adresse postale: BP 46, 75261 Paris Cedex 06

Diffusion: NQL, 78 Bd Saint Michel, 75280 Paris Cedex 06,

Tel. (01) 43 26 42 70, Fax (01) 40 51 74 09

E-mail: pierre.bordas.fil@wanadoo.fr

F.Y.R.O.M. - T.P. ALBATROS, Bul. III Makedonska Brigada 23/11,

1000 Skopje, Tel./Fax (022) 463 849 / 469 781

HONG KONG - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE Ltd.,

27E Shield Industrial Centre, 84-92 Choi Wan Kok St.,

Tsuen Wan N.T., Hong Kong, Tel. (02) 413 5322, Fax (02) 413 7049,

E-mail: info@transglobalpl.com

ISLAND AND GRÖNLAND - FORLAGET ÅLØKKE A/S

Postboks 43, Porskaervej 15, Nør, 8700 Horsen, Danmark,

Tel. + 45 (75) 671 119, Fax +45 (75) 671 074,

E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

ITALIA - ELI srl, C.P. 6, 20190 Recanati, Tel. (071) 9977851,

E-mail: info@elionline.com - Website: www.elionline.com

Direttore responsabile: Lamberto Pigni. Realizzazione testi: Licoppe - Deraedt.

Autorizzazione Trib. di Macerata N. 233 del 04 luglio 1984. Realizzazione:

Tecnostampa, Loreto. Abbonamento annuo (6 numeri da ottobre a maggio)

€ 16,50 (singolo) € 12,50 (da 2 abbonamenti in poi) da versare sul c/c n. 11023629

intestato a: European Language Institute, 62019 Recanati, © ELI Italy 2004

MAGYAR KOZTÁRSASÁG - LIBROTRADE KFT.,

Pf 126 H-1656 Budapest, Tel. (01) 254-0-727, Fax (01) 256-8-727,

E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu

MALTA - MINIMA, 51 Triq Blanche Huber, Tas-Silġa, SLIM 04

Tel./Fax (312) 34051 - E-mail: minipub@hotmail.com

Website: www.minimapublishers.com

MEXICO - GLOBAL EDUCATIONAL SOLUTIONS,

Av. Huasteca num 72-A, Col Industrial - Mexico, D.F. C.P. 07800

Tel.: (01) 55 86 11, Fax (055) 10 55 86 13

E-mail: marketing@globalpublishers.com

NEDERLAND - MERLJIN EDUCATIVE MEDIA

Postbus 860, 3800 AW Amersfoort,

Tel. (033) 463 7261, Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl

NORGE - KORINOR Skoleavdelingen, Caspar Storms v 12 - Bygg A

Postboks 13 Oppsal 0619 Oslo, Tel. (02) 657 124, Fax (02) 657 825

E-mail: skoleavdelingen@korinor.no - Website: www.korinor.no

OSTERREICH - FRANZ DEUTICKE VERLAG, Helferstorferstraße 4,

Postfach 761, 1010 Wien, Tel. (01) 533 6429, Fax (01) 533 2347

E-mail: franz.vesely@oebv.co.at

POČETNJA - CENTERCOM - MOSCOW, 16<sup>th</sup> floor,

Vadkovskii per. 18a - Moscow - Tel. (095) 973-1777 - (095) 973-2064,

Fax (095) 0356, E-mail: office@centercom.ru - Website: www.centercom.ru

POLSKA - Agencja Subskrypcyjna GEA, Plac Ordyn Lwowskich 5,

Skr poczt 1238, 50-966 Wroclaw 44, Tel./Fax: (011) 359 3772

E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl

PORTUGAL - EDITORA REPLICACAO Lda, Rua Pedro de Sintra, 26-A,

1400-277 LISBOA, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584

ENGLISH

gradus  
initialis



primus  
gradus



secundus  
gradus



tertius  
gradus



quartus  
gradus



quintus  
gradus



FRANÇAIS

ENGLISH

FRANÇAIS



DEUTSCH

ESPAÑOL

ITALIANO

LINGUA LATINA

RUSSKIY JAZYK






DEUTSCH

ESPAÑOL

ITALIANO

LINGUA LATINA

RUSSKIY JAZYK






ESPAÑOL

ITALIANO

LINGUA LATINA





RUSSKIY JAZYK



ITALIANO




LINGUA LATINA

RUSSKIY JAZYK






LINGUA LATINA

RUSSKIY JAZYK



RUSSKIY JAZYK




# De re athlética

## Imágines et verba



area pedifóllii



follis




porta




árbiter



spectatóres



manípulus




area tenísiae



iudex



retículum



pila



cálcei tenísiae



natábulum



suggéstus  
desultórius




paláestra




vestis  
campéstris



follis  
canistrárius




suggéstus, us m.



digitábula



sella equína



habénae, arum



nartae



bácula



certámen  
patinatiónis



pátini / pátini  
subrotáti